HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 49v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Secus gradus intexitur benignitas. **Benignitas**
per quam angelice societatis adquiritur dignitas. Huic
gradui gressum imprimimus. si pro malis non mala. sed bona reti
buimus. et proximis nostris necessaria. pro posse nostro benig
ne impendimus. quia ihesus christus suis crucifixoribus pro malo
bonum. scilicet vitam eternam pro sua passione reddidit. quam
suis quoque imitatoribus tribuit. **Pietas.**

Tercius gradus inseritur pietas. per quam superno
rum civium adipiscitur dulcis societas. In hoc gradu
pia mens scandens exaltatur. si aliorum felicitatem non e
mulatur. In invidia enim diaboli introivit mors in or
bem terrarum. imitantur eum qui sunt ex parte eius.

Quartus gradus innectitur. simplicitas. **Simpli**
per quam subditur. celestis gradus. multiplicitas. **titas.**
In hunc gradum pedem ponimus. si per peram. i. fraudulent
non agimus. scilicet dei servicio nihil subtrahimus. non bona
non populi favore. sed sola dei causa facimus. **Humilitas.**

Quintus gradus inditur humilitas. per quam attingitur an
gelica sublimitas. In hoc gradu scandens mens
solidatur. fide accepta scientia non inflatur dum superbis
resistere. humilibus autem dare gratiam recordatur.

Sextus est gradus **Contemptus mundi.**
mundi contemptus. per quem superni regni adquiritur
census. In hoc gradu anima exultat gloriosa. si
non est ambiciosa quia potentes potenter tormenta
paciuntur. Si autem domino placuerit. dicere amice. as